



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXV. Vertrag zwischen den Markgrafen von Brandenburg, Johann und
Otto, und dem Fürsten Werslav von Demmin, wegen der
Lehnsabhängigkeit des letztern von den Markgrafen und wegen der
Abtretung des ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

lingge, Godefridus de Pleffe et vnus filiorum suorum. Predicti nobiles isti taliter promiserunt, quod si ex parte alicuius de quatuor fratribus et Comitibus de Euersten in Duce uel coadjutoribus suis compositio ista fuerit interrupta et post dictam commonitionem eis factam Duci et suis non fuerit satisfactum, omnes assistent eis contra predictos fratres, sicut melius unquam possunt. Item si aliquis de adiutoribus Ducis compositionem violauerit in Comitibus sepedictis, Dux nullum ei procuratorium procurabit, prius tamen ad satisfaciendum infra octo septimanas similiter est monendus. Si vero Ludouicus et Hermannus Comites de Euersten in Duce ex in suis turbauerint compositionem, Conradus et Otto Comites Ducem iuuabunt fideliter contra eos. Acta sunt hec apud Gottingen, Anno Domini MCCXXXV. Tertia feria ante decollationem Johannis Baptiste. Presentes aderant ambo Marchiones de Brandenborh, Comes C. de Regensten, Th. de Wofztou, Bern. de Dorstadi, Henricus de Werberch, E. de Wulferbutle, A. de Heinborch, Th. de Monte et alii quam plures. Isti receperunt promissum a supradictis Nobilibus, quorum sigilla hic appensa sunt in testimonium et signum.

Nach Sch eib, Origin. Guelfic. IV, 57.

XXV. Vertrag zwischen den Markgrafen von Brandenburg, Johann und Otto, und dem Fürsten Werislaw von Demmin, wegen der Lehnsabhängigkeit des letztern von den Markgrafen und wegen der Abtretung des Landes Stargard, vom 20. Juni 1236.

Hec est forma compositiois inter Dominos J. et O. marchiones Brandenburgenses. Et dominum Werislawum de demin, Cuiuslibet quod dominus W. recepit de manibus dominorum Marchionum omnia bona, que habet, preter illa, que spectant ad Ducatum Saxonie. Et idem Dominus W. resignavit dominis Marchionibus terram Stargard cum omnibus tenenciis (sic), Et terram bezeriz eiam simili modo, Et terram Wofstrowe, sicut sita est, cum omnibus tenenciis, usque ad flumen, quod dicitur tholente, hoc interposito, quod domini marchiones dominis et militibus et feodalibus in terra Wofstrowe restaurum facient, pro suis feodis, quemadmodum iustum visum fuerit et honestum, et ut referant sepe dicto domino W. gratiarum actiones. Inter cetera adiectum est, si idem dominus W. moritur sine herede, quod demin et omnia bona sua libere vacabunt dominis Marchionibus. Et si rex danorum cum dominis Marchionibus pro aliquibus bonis placitauerit sibi vendicando, ex forma compositiois, dicti Marchiones domino W. warandiam prestabunt. Et si pro aliquibus bonis a rege suscipiendis Dominus W. destinatus a dominis Marchionibus fuerit, sine propriis expensis et laboribus per dominos Marchiones consequetur. Et si ex negligencia puericie sue aut aliorum privatul fuerit bonis, que de iure habere dinoscitur a dominis Marchionibus adiutorio ipsorum sub quacunque forma repetere voluerit, auxilio et adiutorio requirendo repetet sepe dictorum dominorum. Hiis omnibus etiam adiectum est, quod dominus W., si necesse fuerit, quacunque hora aut tempore voluerint, castrum demin dominis meis et suis presenta-

bit, sicut vtrique parti conveniens fuerit et honestum. Sed ne aliqua in posterum calumpnia suboriri, ab utraque parte promiserunt, prefatam compositionem data fide servare. Ex parte dominorum Marchionum promiserunt dominus bartoldus de veltberge, Albertus advocatus, Thidardus de Wostrowe, Aluericus de Kerkowe, Bodo et Wernerus de Saltwedel, Gocewinus de Boecenburg, Gherardus advocatus in oderberge. Pro domino W. promiserunt fide data dominus Alardus badelaken, Conradus de Sconenwalde, Godefridus Struz, dominus Nizul, dominus dubeslau. Acta sunt hec in cremene, Anno dominice Incarnacionis M^o. CC^o. XXXVI^o. XII^o. kal. Julij.

Nach dem Originale des R. Geh. Cabinets-Archives 468, A. 2. Nr. 1. Es hängt daran das Siegel des Herzogs Werslaw, meist zerbrochen. Man kann aber noch sehen, daß es ihn zu Pferde sitzend vorstellt, mit einem Schilde und Spieße, und von der Umschrift ist noch zu lesen: S. Ducis. Fehlerhaft abgedruckt ist diese Urkunde in Buchholz's Geschichte der Churm. Brand. VI, Urf. Anh. S. 67. 68, correct in d. Balt. Stud. VII, 154 anzutreffen.

XXVI. Kaiser Friedrich verbindet sich mit dem Könige von Böhmen, dem Herzoge von Baiern, dem Markgrafen Otto von Brandenburg und Andern gegen den Herzog Friedrich von Oesterreich, den 27. Juni 1236.

Fridericus, dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerosolime et Sicilie rex, Per presens scriptum notum facimus uniuersis, quod nos dilectis principibus nostris subscriptis, uidelicet illustri W. regi Bohemie, dilecto affini nostro, E. Babenbergensi, R. patauiensis episcopis, O. duci Bauarie, comiti palatino Reni et O. Marchioni Brandenburgensi, firmiter promissimus, quod cum Friderico duce Aultrie et Styrie, contra nos, honorem et dignitatem nostram et imperii grauiam nimis et illicita moliente, nullas tregas, pacem uel concordiam faciemus contra ipsorum uoluntatem et consensum, et quod eis contra ipsum et omnes suos fautores efficaciter assistemus, et si quid grauaminis dictis nostris principibus a quacunque persona uel quocunque casu acciderit, pro hoc facto, nos eos iuuabimus, sicut nostram concedet maiestatem. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communi. Datum apud Augustam, XXVII Junii, VIII. Indictione.

Nach Germayr, Wiener Jahrb. XL, 137. Voczek, Cod. dipl. et ep. Moraviae II, 312. Monument. Boic. XXX, I, 245. Perz, Monum. hist. Germ. IV. Leg. II, 322.

XXVII. Adolph, Graf von Holstein, schließt eine Uebereinkunft wegen des Bolles zu Hamburg mit den Kaufleuten der Mark Brandenburg, im Dezember des Jahres 1236.

Adolfus, dei gracia Comes holfatie, Omnibus presentem paginam inspecturis notum fieri uolumus, quod nos cum mercatoribus per Marchiam constitutis super summa exactione